Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur:	Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

prius eius sempiternum primo posterius nunc erit. habebit .n. virtutem cuius actus non est. Si autem ponamus possibile. verum est dicere nunc quia est annus prior et uolt in preterito tempore possibilis sempiternum esse. Corruptibilia .n. et generabilia et alterabilia alterantur omnia que huiusmodi sunt ex quibus constant natura contraria et ab eisdem ipsius corrumpuntur.

¶ liber secundus de celo et mundo

Quod quidem igitur neque factum est omne celum neque contingit corrumpi quemadmodum dicunt quidam. Sed est unum et sempiternum principium quidem et consummationem non habens totius evi, habens autem et continens in seipso infinitum tempus: ex aliis licet accipere fidem et per opinionem eam que ab aliis dicentibus et generantibus ipsum. Si .n. sic quidem habere contingit, quomodo autem modo dicimus non contingit, magnam utique habebit et hec inclinationem ad fidem de immortalitate ipsius et sempiternitatem. Propter quod bene persuasibile seipsum exhibere antiquas et maxime patrias nostras veras rationes esse sermones ut sit immortale aliquid et divinum habentium quidem motum habentium autem talem ut nullus sit terminus ipsius. Sed magis iste aliorum sicut et .n. terminus continentium est et ipsa est latio perfecta ens continens imperfectas et habentes terminum et quietem. Ipsa quidem nullum neque principium habens neque finem. Sed incessabilis est infinito tempore aliorum autem horum quidem causa principii horum autem suscipiens quietem. Celum autem et eum qui sursum locum antiqui quidem diis attribuerunt. velut existens solum immortale. Nunc autem testificatur ratio quia incorruptibile et ingenerabile. Adhuc autem impassibile omnis mortalis difficultatis est. Ad hoc autem sine labore propter non indigere violencia necessitate que detineat prohibens ferri aptum natum ipsum aliter. Omne .n. tale magis laboriosum quanto utique sempiternius sit et dispositionis optime expers. propter quod tem neque secundum antiquam fabulam suspicandum habere qui dicunt Atlante quodam ipsi opus esse ad salutem videntur .n. et hunc existentes sermonem. Eundem dicere suspicionem habere qui posterius utentium de gravitate habentibus et terreis omnibus habere quia sursum corporibus substituerunt. ipsum fabulose necessitatem animate tra neque utique hoc modo suspicandum neque propter circumgirationem celerioris existentem lationem propria inclinatione ad hunc salvari tanto tempore quemadmodum Empedocles inquit. Sed neque ab anima probabile cogente manere sempiternum. Neque .n. anime possibile est talem vitam sine tristicia et beatam. Necesse .n. et motum cum violencia existente si quidem movet aptum natum primo corpore aliter et movere continue sine natura est et omni carens remissione prudenti. Si quidem neque ut anime mortalium alium est requies que secundum sompnum fit corporis remissio. Sed necessarium sustentantis similitudinem